



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Theologia Moralis, Seu Resolutio Casuum Conscientiæ**

Juxta Sacram Scripturam, Canones, Et Sanctos Patres

Continens Tractatus de Sacramentis in genere; de Baptismo, de Confirmatione, Eucharistia, Sacrificio Missæ; Constitutionem Innocentii XII. super celebratione Missarum, variaque alia decreta

**Genet, François**

**Parisiis, 1703**

Q. 9. Cùm Sacerdotes in Ordinatione proferunt unà cum Episcopo verba Consecrationis, consecrant-ne omnes, an solus Episcopus?

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40834**

*De Sacrificio Missæ. Cap. I I. 235*

mas ; *Vnusquisque tenetur* uti gratia sibi data, S. Th. 3. q. 82. art. 10.  
cùm fuerit opportunum , secundùm illud 2. ad  
Corinth. 6. Hortamur ne in vacuum gratiam  
Dei recipiat. Opportunitas autem Sacrifi-  
cium offerendi , non solùm attenditur per  
comparationem ad Fideles Christi , quibus  
oportet Sacramenta ministrari ; sed principaliter  
per comparisonem ad Deum cui consecratione  
hujus Sacramenti Sacrificium offer-  
tur. Unde Sacerdoti , etiamsi non habeat cu-  
ram animarum , non licet omninò à celebra-  
tione cessare.

Quare Concilium Tridentinum ait : *Curet*  
*Episcopus*, ut Sacerdotes saltem diebus Domini-  
cis , & Festis solemnibus : Si autem curam ha-  
buerint animarum , tam frequenter ut suo mu-  
neri satisfaciant , Missas celebrent.

Et Divus Carolus , fidelissimus Concilii Tri-  
dentini observator , ait : *Tridentini* etiam  
Concilii auctoritatem secuti , præcipimus Sa-  
cerdotibus , cujuscumque gradus , conditionis  
& dignitatis illi sint , ut Dominicis & reliquis  
Festis diebus , Missam celebrare non omittant :  
Curatis verò ut præterea ter in hebdomada,  
aut eò etiam sæpiùs quò vel loci consuetudo,  
vel necessitas crebriorem divini Sacrificii usum  
postulabit.

*Quæst. 9.* Cùm Sacerdotes in ordinatione  
proferunt unà cum Episcopo verba consecra-  
tionis , consecrant-ne omnes , an solus Epif-  
copus ?

*Resp.* Innocentius III. hanc difficultatem  
clare explicat his verbis : *Cùm interdum* uni  
Pontifici multi Sacerdotes concelebrent , si  
forrè non omnes simul consecratoria verba  
pronuntiant : Quæritur an ille solus conficiet,  
qui primus pronuntiat ; quid ergo cæteri fa-  
ciant ? an iterant Sacramentum ? Poterit ergo

Sess. 23. de  
Ref. c. 14.

Autor. p. 1.  
de frequen-  
ti divini  
Sacrificii  
oblato.

Innoc III.  
lib. 4. de  
Myst. Mis-  
sæ cap. 25.

» contingere, quod ille non conficit, qui cele-  
 » brat principaliter, & ille conficiet qui secun-  
 » dario celebravit: & sic pia celebrantis intentio,  
 » vel devotio frustrabitur. Sane dici & responderi  
 » probabiliter potest, quod five prius five poste-  
 » rius proferant Sacerdotes, referri debet eorum  
 » intentio ad instans prolationis Episcopi cui  
 » concelebrant.

S.Th. in 4 » Idem affirmat Divus Thomas: *Dicendum,*  
 sent. dist. » inquit, *quod sicut Innocentius dicit, omnes*  
 13. art. 2. » celebrantes debent intentionem referre ad illud  
 in respons. » instans in quo Episcopus verba profert. Et sic  
 ad 2. q. » Episcopi intentio non defraudatur, nec aliquis  
 » ibi facit quod factum est.

*Quest. 10. Quomodo se preparare debent  
 Sacerdotes ad sacrum Missæ Sacrificium cele-  
 brandum?*

*Resp. Sancti Patres id nobis luculenter in-  
 nuunt, & exemplo suo nos docuerunt. Et primò,  
 S. Chrysoftomus. Quantam verò, inquit, ab  
 S. Chrysoft. » eo integritatem exigemus? quantam religio-  
 De Sacerd. » nem? Considera enim quales manus hæc ad-  
 lib. 6. c. 3. » ministrantis esse oporteat; qualem linguam  
 » quæ verba illa effundat; qua deinde re non pu-  
 » riorum sanctiorumve esse conveniat animam,  
 » quæ tantum illum tamque dignum Spiritum  
 » receperit? Per id tempus & Angeli Sacerdoti  
 » adstant, & cælestium potestatum universus  
 » ordo clamores excitat; & locus Altaris vici-  
 » nus, in illius honorem qui immolatur, Ange-  
 » lorum choris plenus est: id quod credere  
 » abunde licet, vel ex tanto illo Sacrificio, quod  
 » tunc peragitur.*

Petrus Ble- » Et Petrus B'ensensis ait: *Verbum Propheta*  
 sensis. *De Vi- est, mundamini qui fertis vasa Domini. Quan-*  
 ra & moribus » to mundiores esse oportet, qui in manibus, &  
 Clericorum, » in corpore portant Christum, quibus Apostolus  
 & Epistola » dicit: Empti estis pretio magno, glorificate  
 ad Richard